

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Desiderii Erasmi Roterodami Paraphrases In Novvm Testamentvm**

Praemissa Est Io. Aug. Noesselt Historia Paraphraseon Erasmi Rot. In  
Novum Testamentum

**Erasmus, Desiderius**

**Berolini, MDCCCLXXX**

**VD18 90514300**

Reverendissimo Domino D. Matthaeo Cardinali Sedunensi Comiti Valesii  
Des. Erasmus Roterodamus S. D.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14035**

REVERENDISSIMO  
DOMINO D. MATTHAEO  
CARDINALI SEDUNENSI COMITI VALESII  
DES. ERASMUS ROTERODAMUS

S. D.

**N**uper Iacobum dedimus, et latine loquentem, et  
explanatius, nunc Ioannem damus, ut et nos paulatim  
carpamus operis partes, nec tuam celsitudinem negotiis  
imperialibus occupatiissimam obruamus, si quod tamen  
datur tempus vacuum hisce nostris lucubrationibus co-  
gnoscendis. Bene vale vir eximie. Lovanii 6. Ianuarii.

Kkk 5

IN



I N  
**E P I S T O L A M   I O A N N I S**  
 P R I O R E M  
**A R G U M E N T U M**  
 P E R

D E S .   E R A S M U M   R O T E R O D A M U M

**H**anc epistolam esse Ioannis apostoli, qui scriptit evangelium, vel ipse sermonis character arguit. Multus est in mentione lucis ac tenebrarum, vitae ac mortis, odii et caritatis, in iterandis verbis, velut exceptis ex sermone proximo. Quod genus est illud, ut exemplo quod diximus fiat dilucidius: *Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt.* Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo, quoniam omne quod in mundo est, etc. Ac mox: *Non est ex patre, sed ex mundo est, et mundus transit.* Quoties hic iteratur mundus? Postremo est in toto huius sermone quiddam minus adstrictum, ac fusius, quam in sermone reliquorum apostolorum. Est autem dilucidior epistola, quam ut egeat argumento, quemadmodum et duae sequentes, quae Ioanni cuidam presbytero, non apostolo, tribuuntur.

A R G U M E N T I   F I N I S .

I N

